

(Pars (X) (Ca. (VI)
 oculorum & aurium adhibentur. Sed etiam preciosissima; ut
 aurum & argentum & lapides preciosi. quare summus decore
 exterior necessario est in his. & summus decore interior subest ei
 quare iste summi decoreis est per omnia: & ideo summo deo sum-
 me dignus. Manifestum etiā est ipso sensu: nec negare potest
 nisi qui negat niuem esse albam: non esse nec unquam fuisse cul-
 tum perfecti decoreis: preter istum quo deus honoratur in sola
 ecclesia xpiana. & si enim cultus hebreorum aliquid decoreis ha-
 buit: modicum illud & initiale solummodo fuit. Adeo enim q̄
 diximus sensu manifesta sunt. ut quicumq; vident decorem do-
 mus domini exteriorē apud nos ipsum mirabiliter admirā-
 tur. & corde confiteantur cultum istum non esse inuentum hu-
 mani artificij. sed diuine reuelationis & celeste super ni mgri
 documentum. Cultum autem istum exponere per singula: &
 decorem istum interpretari de clamatōie: & popularis est exor-
 tationis: & preter propositum presentis negocij: & hic quideꝫ
 finem facimus presentis tractatus. Si in aliquibus debitum p-
 missionibus exolumus diuine gratie hoc tribuentes. in qui-
 buscunq; autem minus fecimus nostris hoc defectibus impu-
 tantes. Et sic completus est tractatus quintus.

Liber Wilhelmi parisiensis de fide legibus ac fidei sacramentis
 tradans docensq; qualiter ad bene religiose perfecteq; viuen-
 dum. continuis etiam semper agendum profectibus. Unde ad
 latissimamq; potissime pars est glorie ac felicitatis eterne. ple-
 nitudinem spretis ydolorum cultibus peruenit. ubiq; deorum
 deus in syon videbit. feliciter consummat. explicit. Pro cuius
 termino sit laus & gloria Xpo in secula seculorum benedictio: —

— AMEN: —